

Maturité gymnasiale

Session 2022

EXAMEN ÉCRIT DE L'OPTION SPÉCIFIQUE LATIN

Version latine

Durée : 3 heures

Matériel autorisé : dictionnaire latin-français (*Le Gaffiot*) ; *Le Petit Robert* ;
Latin Forum 11^e (annoté)

Il faut que jeunesse se passe

Dans ce procès, Cicéron défend son ancien disciple Caelius, un jeune Romain à qui est reprochée, entre autres, une vie vouée aux divertissements et aux amours tumultueuses. Le raisonnement de Cicéron étonne si l'on pense à la morale et à la rigueur que l'avocat romain a toujours défendues.

Dicet aliquis : « Haec igitur est tua disciplina ? Sic tu instituis adulescentes ? Ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendavit¹ ut in amore atque in voluptatibus adulescentiam suam collocaret et ut hanc tu vitam atque haec studia defenderes ? »

Ego si quis, iudices, hoc robore² animi atque hac indole³ virtutis ac continentiae⁴ fuit ut respueret⁵
5 omnes voluptates omnemque vitae suaे cursum in labore corporis atque in animi contentione⁶ conficeret, quem non quies, non remissio⁷, non aequalium studia, non ludi, non convivia delectarent, qui nihil in vita expetendum putaret nisi quod esset cum laude et cum dignitate coniunctum, hunc, mea sententia, divinis quibusdam bonis instructum⁸ atque ornatum puto.

¹ commendo, as, are, avi, atum : confier

² robur, oris, n. : la force, la solidité

³ indoles, is, f. : la disposition (naturelle), le penchant

⁴ continentia, ae, f. : la modération, la retenue

⁵ respuo, is, ere, ui : rejeter, repousser

⁶ contentio, onis, f. : la tension, l'effort

⁷ remissio, onis, f. : la détente, le relâchement

⁸ instructus, a, um : pourvu, muni



Verum haec genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix iam in libris reperiuntur.

- 10 Chartae⁹ quoque, quae illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt¹⁰ ; neque solum apud nos, qui hanc sectam¹¹ rationemque vitae re¹² magis quam verbis secuti sumus, sed etiam apud Graecos, doctissimos homines, quibus, cum facere non possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat, alia quaedam, mutatis Graeciae temporibus, praecepta extiterunt¹³.
- 15 Multa enim nobis blandimenta¹⁴ natura ipsa genuit, quibus sopita¹⁵ virtus coniveret¹⁶ interdum ; multas vias adulescentiae lubricas¹⁷ ostendit quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo vix posset ; multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit qua non modo haec aetas, sed etiam iam corroborata¹⁸ caperetur.

Cicéron, *Pro Caelio* 39 - 41 (coupures)

⁹ charta, ae, f. : le livre, l'écrit

¹⁰ obsolesco, is, ere, levi : tomber en désuétude, passer de mode

¹¹ secta, ae, f. : la ligne de conduite

¹² res, rei, f. : la pratique, la réalité

¹³ exsisto, is, ere, stiti : apparaître, se manifester

¹⁴ blandimenta, orum, n. pl. : les agréments, les douceurs

¹⁵ sopitus, a, um : endormi

¹⁶ coniveo, es, ere, nivi : fermer les yeux sur, se laisser aller à

¹⁷ lubricus, a, um : glissant, dangereux

¹⁸ corroboratus, a, um : affirmer, mûr